Poſthumi ꝗꝗ. Caſus. Hic incipit ſcꝺa pars ſecũde ſubdiuiſiõis in qua ſic ꝓcedit. Primo tractat de veris poſthumis primo aſſignando ꝯrietatez int eos poſthumos tã maſculini ꝗꝫ feminini ſexus queãdmoꝺ exheredant. Secũdo deter. de exheredatione eoꝝ qui loco poſthũorum ſũt. Pone igitur ſic ca. Dñe iã video quid iuris ẽ circa exheredationem liberoꝝ iam natoꝝ ſed qd dñe ſi teſtõꝛ reliquerit vxorẽ pregnantẽ. nunqd neceſſe habet exheredare vł inſtituere vtꝝ? Rñ. ꝙ ſic. Nam non ſolum nati liberi: ſed etiam poſthumi exheredari debent: vel heredes iſtitui. et in eo par oĩm poſthumorum conditio ẽ ꝙ quocuuqꝫ poſthumo ſiue maſculini ſexus: ſiue feminini ꝑterito non valet teſtm̃: quia ſi naſcatur poſthumus vel poſthuma natiuitate eius rumpitur teſtm̃. vñ ſi mulier pregnans de qua ſperabatur poſthumus naſciturus ediderit abortiuum nihil erit impedimẽto heredibus inſtitutis ad hereditatẽ ex teſtõ adeundam. Nam iſte abortiuus qui mortuus natus ẽ vel contra formaz humani generis editus ꝓ iam nato habetur. ſed lʒ in hac particula ſit conditio omnium poſthumorum parificata: in alio tamen differũt nam feminini ſexus poſthume. vel nominatim vel inter ceteros ſolebant exheredari. prout placuit teſtatori. ita tamen vt ſi teſtatoꝛ hmõi perſonas inter ceteros exheredaret aliquid eis legaret. ne viderentur huiuſmodi poſthume per obliuionem a teſtatore preterite eſſe. ſed ſecus erit i maſculis poſthumis. Poſthumos enim maſculos. puta filium. et deinceps ſtatutum ẽ non poſſe aliter recte exheredari. Sed domine pro deo qualiter põt poſthumus nominatim exheredari. ſi teſtatoꝛ de ſexu faciat mentionem? Reſpon. ꝙ hoc mõ. Quicunqꝫ mihi filius maſculus genitus exheres eſto.

a Poſthumi. Inſtitui. iſta inſtitutione ex preſenti matrimonio naſcituri: et ex futuro inſtituti videntur. vt.ff.de libe.et poſthumi.l.placet.et.l.ideoqꝫ. † Quid in exheredatione poſthumorum: an omnes ſiue hi qui ſunt in vtero tantum: an alij qui ſunt naſcituri ex preſenti matrimonio vel futuro intelligũtur exheredati? Reſpondeo non: cum maſculi debeant nominatim exheredari. vt.j.eo.§.maſculos. Accurſius. Additio. Et hec vera: licet gl. teneat contrarium in di.l.placet: quã ſaluat Johan.fab. vbi eſſent appoſita verba multiplicatiua vel vniuerſalia: quiſquis/quicunqꝫ/et ſimilia. ſecus ſi indefinita tantum: vt hic.

b In eo. Scʒ qꝺ ſequitur: quod et in filio ⁊c̃.

c Omnium. Scʒ poſthumorum ex ſe naſciturorũ et ex filijs ſuis: licet in iam natis non ſit par conditio. vi.ȝ.eodem.§.ſed non ita.

d Maſculini. ſiue ex maſculo ſiue ex femina.

e Agnatiõe. Id eſt natiuitate. ſic.j. quibus mo. teſtament. infir. §.primo.

f Rumpitur. Si vero exheredabatur de inoffi cioſo agebatur. vt.j.de inoffic. teſta. §.poſthumi. Hodie vero exheredari non poſſunt. vt.C.de inoffici.teſtamẽto.l. ſi quis §.legis.

g Infirmat. Hic adde quod ẽ de teſtament.militi.l. ſi filiusfamilias.j.

h Abortum. Qui ẽ pro non nato. vt.ff.de verbo ſignificatio.l.qui mortui.et.C.de poſthu.here.l.j. Accurſius. Additio. Idem in ſemi nato mortuo anteqꝫ perfecte extrahatur. Secus tamen in nato ex ſecto ventre qui non declinat ad monſtrum/ dummodo habeat pulſum: etiam ſi vocem non emiſerit. Angelus.

i Perſone. Scilicet poſthume. nam iam natis feminis non erat neceſſe legari. vt.C.de lib.prete.l.maximum.in fi.et.ȝ.eo.§.ſed non ita.

k Inter ceteros. Hodie per conſtitutionem omnes nominatim. vt.j. eodem.§. noſtra. Sed nouiſſimo iure non: cum non ſint ingrati. vt in autentica. vt cum de appellatione coggnoſcitur.§. aliud.collat.viij. per Accurſius. Additio. Que cauſa debet exprimi et heredem probari. vt autentica.ex cauſa.C.de liberis preteritis. Angelus.

Poſthumorum. Caſus. Hic determinat Iuſtinianus de exheredatione eorum qui loco poſthumorum ſunt. vnde ſic pone caſum. Domine iam video et patet michi qualiter exheredantur liberi nati: et etiam poſthumi. nunquid ſunt plures modi exheredandi vel inſtituendi? Et reſpondet ꝙ ſic. Nam ſicuti dictum eſt veros poſthumos debere exheredari. vel inſtitui. ita et hi qui loco poſthumi ſunt. Sed domine dicatis michi qui ſunt hi qui loco poſthumi ſunt? Ad hoc reſpondet. Amice: loco poſthumi ſunt hi qui tempore teſtamenti non erant immediate adiuncti teſtatori. poſtea tamen, adhuc viuẽte teſtatore in locuz ſui heredis ſuccedunt et ita quaſi agnoſcendo immediate adiunguntur teſtatori ⁊ ſui heredes efficiuntur vt patet in tali exemplo. Ticius habet filium in poteſtate ſua. et ex eodẽ filio nepotem. hoc caſu. quia filius in vno ꝗdu ꝓcedit nepotẽ ſolus filius iura ſui heredis

Etiã poſthumi debẽt inſtitui vł exheredari alś nato poſthumo rumpit teſtamẽtũ. ſʒ valet prius. Et femina poſthuma olim inter ceteros poterat exhereditari cũ legato. maſcul⁹ ꝟo poſthumus noiati. Aretin⁹.

Poſthumi ꝗꝗ liberi vel heredes iſtitui [a] debẽt ł exheredari. Et i eo [b] ꝑ omniũ [c] cõditio ẽ: qꝺ ⁊ in filio poſthumo et ĩ ꝗlibet ex ceteris liberꝫ ſiue feminini ſexus ſiue maſculini [d] ĩ ꝑterito valʒ qdẽ teſtamtũ ſʒ poſt ea agnatiõe [e] poſthumi ſiue poſthume rũpit ⁊ ea ratiõe totũ ĩfirmat [g]. Ideo ꝙ ſi mulier ex q̃ poſthum⁹ aut poſthuma ſperabat abortũ [h] fecerit nihil ĩpedimẽto eſt ſcriptis heredib⁹ ad hereditatẽ adeũdã. Sʒ feminini quidẽ ſex⁹ ꝑſone [i] vel noiati vł inter ceteros exheredari ſolebãt dũ tñ (ſi int [k] ceteros exheredarẽt) aliqd eis legarẽt: ne viderẽtur ꝑterite eẽ ꝑ obliuionez. Maſculos ꝟo poſthumos id ẽ filios: ⁊ deinceps placuit nõ alit recte exheredari niſi noiati exheredent hoc ſcʒ mõ: qcũqꝫ mihi filius gẽit⁹ fuerit exhẽs eſto.

Nepos ex filio moriẽte pre viuo auo ſuccedit in locũ ei⁹. idõ inſtitui vł exhẽdari dʒ ne alit ꝑterit⁹ rumpat aui teſtamẽtũ. q mod⁹ eſt introduct⁹ a.l.velleia. Areti.

les. Iz. ꝗs poſthumos ff. eo. An aũt naturales tãtũ et qd ſi iſtituat ventrez vxoris ſue. vid ꝑ An. h Pouũi hodie exheredari nõ poſſũt.

† Et ẽt filij poſtea adoptati q dicũt poſthumi cum

habet licet nepos ⁊ neptis ex eo in ei⁹ poteſtate ſint vnde ſi ticij filius viuente adhuc ticio mortuus fuerit aut de poteſtate eius exierit. incipit nepos ex filio nato in locū patris ſui mortui. vel a patria poteſtate ſuccedere. ⁊ eodē modo quaſi agnatione ſuus heres efficitur cum nullus in poteſtate exiſtens eū precedat. ⁊ ideo ſicut teſtator ipſum filiū vł heredē iſtituere vel noīatim exheredare dʒ. ita ne potē vel neptē ex illo neceſſe habʒ exheredare vel heredē inſtituere ne forte viuo adhuc teſtatore filio ei⁹ qui immediate erat ei adiunctus mortuo vel emancipato vel alio mō a patria poteſtate liberato nepos ex filio. ⁊ in locum patris ſui ſuccedens q̄ſi agnatione eius rūpat teſtamētū. Et iſta prouiſio ē ſecuritas teſtamentorū. ⁊ per. l. velleiam introducta eſt. in qua q̄dem. l. ſimilis modus exheredationis ad exemplū verorū poſthumorum demonſtrat et hec dicuntur vſq; ad illum. §. Emancipatos ⁊c. Iſta eſt tertia pars ſecunde ſubdiuiſionis. et eſt caſus planiſſimus. ⁊ ita expedita ē prima pars prime ſubdiuiſionis in qua tractat de exheredatione adoptiuorum. ⁊ eſt caſus planus.

¶ Poſthumorum [a] autem loco [b] ſunt ei hi qui ī ſui heredis [c] locum ſuccedendo quaſi agnaſcendo [d] fiūt parentibus [e] ſui heredes vt ecce ſi quis filium ⁊ ex eo nepotem neptem ve ī poteſtate habeat: quia filius gradu precedit: is ſolus iura heredis hʒ: q̄uis nepos quoq; et neptis ex eo in eadem poteſtate ſint. ¶ Sʒ ſi fili⁹ ei⁹ viuo eo moriat̄ aut q̄libʒ alia ratiōe exeat d̄ptāte ei⁹ incipit nepos neptiſ ve ī ei⁹ locū ſuccedere ⁊ eodem mō iura ſuorū heredū q̄ſi agnatione nanciſcūtur. Ne ergo eo mō rūpat̄ ei⁹ teſtm̄tū: ſicut ipm filiū vł heredē inſtituere: vł noīati exheredare debʒ teſtator ne nō iure faciat teſtamētū: ita ⁊ nepotē neptem ve ex filio neceſſe [f] ē ei vel heredem inſtituere vł exheredare: ne forte eo viuo [g] filio mortuo ſuccedendo in locum eius nepos neptis ve quaſi agnatione rūpat teſtm̄tum. ¶ Idq; lege iullia velleia [h] prouiſū ē in qua ſimilis [i] exheredationis modus ad ſimilitudinē poſthumorū demōſtrat̄.

¶ De iure pretorio filij emācipati debent heredes inſtitui vel exheredari: maſculi nominatim: femine vero q̄litercunq;: alias datur eis bonorum poſſeſſio contra tabulas. Aretinus.

¶ Emancipatos liberos iure [k] ciuili neq; hēdes iſtitute neq; exhēditare neceſſe eſt [l] q2 nō ſūt ſui hēdes [m]. Sʒ p̄tor oēs tā feminini [n] ſexus q; maſculini ſi heredes non inſtituantur exheredari iubet. virilis ſexus nominatim: feminini vero inter

a ¶ Poſthumorum. Sic. ff. de iniuſ. rupto teſtamē. poſthumorum. vbi omnino habetur iſte. §.

b ¶ Loco. Non tamen veri poſthumi ſunt. vt. j. eo. §. hoc in fine.

c ¶ In ſui heredis. j. de here. quali. et diffe. §. ſui.

d ¶ Agnaſcendo. Id eſt ſubtus vel poſtea naſcendo ſicut poſthumus verus: nō enim naſcitur cum natus ſit. vt. ſ. de adopt. §. j. Uel dic agnaſcēdo. i. incipiē do eſſent agnati quo ad effectum ſuccedendi.

e ¶ Parentibus. Scʒ maſculis. nā teſtamētū femine non rumpitur per legem velleiam. vt. ff. de libe. et poſthu. gallus. §. nunc de lege. ibi: nam et ſi ita verba ſunt. (j) ſed per q̄relam irritatur. vt. C. de inoffic. teſta. l. iij. et. ſ. e. §. mater. Additio. (j). Nota preteritionem matris factam de liberis non annullare teſtamētum. quod ideo procedit: quia preteritio matris habetur pro exheredatione vt videbitis in. §. mater. j. eodem Chriſtofo.

f ¶ Neceſſe eſt. cauſatiue. ſ. ne rumpatur teſtamentum. vt ſequit̄: nō preciſe. vt. C. de ado. l. pe. §. q̄n filio.

g ¶ Eo viuo. ſecus ſi poſt. vt. ff. de iniuſ. rup. teſta. ſi quis filio. ⁊ in hoc differt a vero poſthumo. Itē differt ab aſcendentibus. vt. ff. de inofficio. teſtamento.

Scilʒ teſtato

patre filium.

h ¶ Velleia nomen eſt cuiuſdam nouē legis: ſʒ ius galli aquilij antiquius eſt: et loquitur in vero poſthumo vt ſtatim dicam. vt. ff. de libe. et poſthumo. l. gall⁹. §. ſi eius qui filium.

i ¶ Similis. In veris poſthumis talis erat mod⁹ vt ſi me mortuo naſcet̄ michi filius infra decem menſes. vt. ff. de lib. et poſthumo. gallus. j. reſpon. et. §. j. ij. iij. ⁊. iiij. ſic ergo ⁊ hic per legem velleiam ſi ſuus heres eſſe deſierit viuo teſtatore. vt. ff. de libe. et poſthumo. gallus. §. nunc videndum. ⁊ in hoc habet locum lex velleia (j) ſic etiam eſt paritas ab inteſtato vt. j. de here. que ab inteſta. §. cum autem Additio. (j) Cuius legis difficultates euitabis apponendo talem clauſulam omnes natos et naſcituros qui michi agnaſci poterunt in tali re inſtituo. Quo autem ad exheredationem quaſi poſthumorum q̄ ſunt iam nati: et que debet fieri nominatim. ſic dices Talem nepotem vel proneptem ſi quando natus erit ex tali cauſa exheredo. proprie enim poſthumi exheredari hodie non poſſunt. vt per Iohan. fabri. et Angelum hic. ris: ſecꝰ nepote poſthumorum vtriuſq; nato vt hic p docto.

k ¶ Emancipatos Iure ciuili. ſic. j. de here. que ab inteſtato. §. emancipati.

l ¶ Neceſſe eſt. nam nichilominus tenet teſtamentum. aliud in eo qui eſt in poteſtate. vt. ſ. eodem in principio.

Additio Dic tamē de iure ciuili: quia non erat cognitus: q; etiam de iure pretorio: quia pretor habet illas p tabulis ſi ſeptem ſignis teſtium ſignate ſint. ⁊ dat bo. poſſeſſo. ſm tabu. vt. leg. cum tabule. ff. de bono. poſſeſſo. ſm tabu. nec de vitio preteritionis curauit ſm Angelum.

m ¶ Sui heredes. ſupple. et quia deſierunt eſſe heredes ſui: alias non eſſet bona ratio: cum filij neceſſe habent patres inſtituere: licet non ſint patres ſui heredes ad filios. Filius autem emācipatus per capitis diminutionem deſinit agnatus eſſe et remanet cognatus: qui non cognoſcitur a iure ciuili. vt. j. de here. que ab inteſta. de. §. emancipati. ⁊. ſ. de leg. agnatuto. §. finali. et. ff. de bono. poſſeſſo. ſed cum patrono. §. j. Accurſius.

n ¶ Feminini licet in ſuis eſſet differentia inter maſculos et feminas iure ciuili. vt. ſ. eo. §. j.

a ¶ Exheredati.ſcilicet rite.alias autem exhere-dato datur contra tabulas.vt.ff.de bono.poſſeſſo.cō-tra tabu.l.non putauit.in.§.non queuis.Item etiam inſtitutis datur cōtra tabulas ſi alius committat eis edictum (l) vt.ff.de contra tabu.l.iij.§.plane.et. ff. de le.pre.petito bono.poſſ.contra tabul.l.ſi duo. Additio.(l).Quā pōt i tentare etiā ꝯmit tente inuito.vt.l. nōnūꝙ.ff. de le.p̄ ſtan.Angelus.

b ¶ Adoptiui lib.habētur.quo adoptiuum p̄re.

c ¶ Inſtituēdi ab adoptiuo.

d ¶ Iure ciuili quod ſcilicet ius ciuile.ſcilicet ad-optionis quo vo-cātur ſui adopti-ui ad hereditatē/ alio iure ciuili.ſci licet per emanci-pationem ſubla-tum eſt: quod eē poteſt vt.ſ.de le. agna.tu.§.fi.

e ¶ Attinet. quod vocat emā cipatos.vt.ſ.pro xi.§.et eſt ratio: quia deſinunt eē filij:ſed natura-les non poſſunt deſinere eſſe filij per emancipatio nem.vt.j.de her. que ab inteſt.§. minus autem.

f ¶ Extraneoꝝ. ff.de cōtra tabu-las.l.i.§.⁊ſui iurꝫ

g ¶ Patre.ff.de contra tabulas emancipatus §.penul.in fine.

ceteros. Quia ſi neque heredes inſtituti fuerint neque ita (vt diximus) exheredati [a] permittit eis pretor cōtra tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem.

¶ Filius adoptiuus adoptiōe durante habetur pro extrāeo quo ad patrem naturalem et habet idem ius quod haberet filius legitimus et naturalis quo ad patrem adoptiuum. ſꝫ emācipatus a patre adoptiuo eſt extraneus quo ad eum. et habetur pro emancipato quo ad patrem naturalem. Aretinus.

¶ Adoptiui liberi q̄diu ſūt in p̄tāte patris adoptiui eiuſdem iuris habent [b] cuiꝰ ſūt iuſtis nuptijs q̄ſiti. Ita que heredes inſtituēdi [c] vel exheredādi ſūt ſecūdū eā que de naturalibꝰ expoſuimꝰ. Emācipati vero a patre adoptiuo: neque iure ciuili [d]: neque eo iure quod ad edictum p̄toris atttinet [e] īter liberos cōnumerantur. Qua ratione accidit vt ex diuerſo q̄d ad naturalem parentem attinet: q̄diu quidē ſint in adoptiua familia, extraneoꝝ [f] numero habeantur: vt eos neque heredes inſtituere: neque exheredare neceſſe ſit cū vero emancipati fuerīt ab adoptiuo patre [g]: tunc incipiunt in ea cauſa eſſe in qua futuri eſſēt ſi a naturali patre emancipati fuiſſēt.

¶ Circa inſtitutionem et exheredationem liberorū non eſt hodie differentia in effectu: nec inter maſculos et feminas et ceteros deſcendentes poſthumos vel iam natos: ſuos vel emancipatos. Aretinus.

¶ Sed hec [h] quidem vetuſtas [i] introducebat.

¶ Noſtra vero conſtitutio [k] inter maſculos ⁊ feminas i hoc [l] iure nihil īteresse [m] exiſtimās: quia [n] vtraque pſona in hoīm pcreatione ſimilit̄ nature officio [o] fūgit̄. ¶ Et lege antiqua [p].xij. tabularum omnes ſimilit̄ ad ſucceſſionem ab inteſtato vocabantur: quod ⁊ pretores poſtea

¶ Sed hec quidem. Caſus. ¶ Hic incipit ſecunda pars principalis iſtius tituli in qua corrigit differentias iuris antiqui circa exheredatiōes liberorum. Et ad vberiorem iuuenum doctrinam ſubdiuidas iſtam partem in tres particulas. In quarum prima parte determi.iuſti.de illis qui neceſſario habent filios vel liberos ſuos.vel legitimos nominatim inſtituere vel exheredare. In ſecunda parte determi.de legitimis tantum.videlicet de adoptiuis. In tertia ⁊ vltima parte determi.de illis quorum preteritio habetur pro exheredatione.prima pars durat vſque ad illum.§. Circa adoptiuos autem.ibi incipit ſecunda pars. et durat vſque ad illum.§.Sed ſi in expeditione. ibi incipit tertia et protenditur vſque in fi.titu. In prima parte procedit primo aſſignans tres rationes. quibus motus fuit ad corrigendum ius antiquum. Secundo determinat qualiter correxit. Po.igitur ſic caſum. Dicit iu ſti.q̄ huiuſmodi differentias ſexus ⁊ modi exhere.de quibus dictū eſt vſque ibi vetuſtas.i.media iuris prudentia introducebat: ſed noſtra conſtitutio differentias amouet et nichil inter maſculi. et femi. q̄tum ad modum exheredandi vel inſtituendi intereſſe exiſtimauit.et hoc triplici ratione. Prima quia vtreque perſone in procreatione hominum ſimili nature officio funguntur. Secunda ratio quia.l. antiqua.xij. tabu. omnes tam maſculos q̄ feminas pariter ad ſucceſſiones parētum ab inteſtato vocabat. Tertia ratio eſt quia pretores ſecuti ſunt.l.xij. tabu.dando. ſcilicet filiabus. ſicuti et filijs preteritis bono. poſſeſ. contra tabu.in totum. Unde nos his rationibus moti ſimile ac ſimplex ius antiquum differentijs exploſis in filiabus et filijs et omnibus alijs p virilem ſexū deſcendentibus nō iam natis ſed etiam poſthumis introduximus et ſtatuimus, in conſtitutione noſtra vt omnes ſiue ſint ſui ſiue emācipati: aut inſtituantur heredes aut nominatim exheredentur et omnes ſiue ſint iam nati ſiue adhuc in vtero conſtituti.et poſtea nati ſunt eundē habentis effectū circa parentum ſuorum teſtamētum infirmandū ⁊ hereditatē iſcriptꝫ heredibꝰ ⁊ heredū: quē q̄dē effectū filij ſui vel emācipati p̄teriti vel exheredati h̄re poterūt. Et hec dicit i prīa pte ſc̄de par.p̄n.vſque ad.§.illū Circa adoptiuos ⁊ ca.pla.ē vſque ad illū.§.Sꝫ ſi in expe.ibi īcipit tertia par.illiꝰ ſc̄de par.p̄n.⁊ prīo po.ca.ſpālē in q̄ p̄teritio h̄r p exhereditatiōe.ſc̄do trac.de pſonis illis quaꝝ p̄teritio gn̄alr̄ habet: ⁊ caſus planꝰ ē vſque in fi.ti.

h ¶ Sꝫ hec.ſ.ſupradicta.a p̄ncipio ti.vſque ad.§.emācipatos. Et dic.hec.ſ.drn̄az ſexꝰ/⁊ gradꝰ/⁊ modi exheredatiōis.vt.ſ.e.§.j.⁊ poſthu.⁊.§.ſꝫ feminini.nō autē dicit de his q̄ poſtea vſque mō dicta ab.§.illo emācipa.

i ¶ Uetuſtas.i.media iurꝫ prudētia: ꝓ vtſtati ſequit̄.

k ¶ Cōſtitutio.C.de lib.p̄te.vel exher.l.maximum.

l ¶ In hoc.al's ei m̄te dr̄ie ſūt.vt.ff.de ſta.ho.i m̄tꝫ

m ¶ Nihil intereē.i au.q̄.mo.na.ef.ſui.§.n̄ au.co.vij

n ¶ Quia.prima ratio.

o ¶ Officio.i.ſimili officio.vna enim indiget altera ad procreationē ſobolis.⁊ hec ē prima ratio legis.xij. tabu.vt.C.de legi.heredi.l.lege.xij.tabu.

p ¶ Lege antiqua argumētatur ex iure antiquo: Nota

ſic.§.qui.ma.poſ.§.fina.⁊ hec eſt ſecūda ratio.
a ¶ Uidentur.ſ.dando filie bono.poſ. cōtra tab.in totū licet non poſſit dicere nullū:vt ſuus.vt.C.de lib. pte.l.maximū.ibi.Et ſi preterit⁹ ⁊c.⁊ hec ē tertia rō.
b ¶ Simplex.ad differentiam antiq̄ diſtinctionis vt.§.eodem.§.primo.

ꝙ etiā ex le.xij tab.ita admittebatur ab inteſtato femina ſicut maſculus ſm Ange.

ſecuti eſſe videntur[a]:⁊ ideo ſimplex[b] ac ſimile ius ⁊ ī filijs⁊ in filiabus ⁊ in ceteris deſcendētibus per virilem[c] ſexum perſonis non ſolum iam natis:ſ; etiam poſthumis introduxit vt omnes ſiue ſui ſiue emancipati ſint: vel heredes inſtituant̄ :vel nominatim exheredentur: et eundem[d] habeāt effectū circa teſtamēta parentum ſuorum infirmanda:et hereditatem auferēdam :quem filij ſui vel emācipati habēt ſiue iā nati ſint: ſiue adhuc in vtero conſtituti poſtea[e] nati ſint. Circa adoptiuos autem filios certam īduximus diuiſiouem que ī nr̄a conſtitutione[f] quam ſuper adoptiuos tulimus continetur.

c ¶ Per virilē ſexum. Quid de deſcēdētib⁹ ꝑ femininū? Reſpō. Admittūtur: ſed cum diminutiōe tertie partis.vt.j. de hered. q̄ ab in teſta.§.diui.⁊ .C. de col.bo.l.illā.
d ¶ Eundē habeāt effectū.quo ad cōmodum. diuerſo tamē iure. nam ſuus preteritus.⁊ dicit nullum ⁊ contra tabu.habet : ſi non vult dicere nullū quādo p̄terit⁹ eſt Sed emancipatus tantū habet contra tabulas. vt.C.de libe. p̄te. maxime.§.ſancimus.itaq; ⁊c.⁊.ff. de leg.pre.is qui Si aūt exheredētur habent querelam omnes. vt ff. de contra tab. l.non putauit.§. non queuis.⁊ de ioffi. teſta.l.papinianus.

Heres ſu⁹ p̄teritus habet duo remedia emācipatus vnicū. Querela datur emancipatis.

¶ Preteritio militis i expeditiōe teſtantis ſi ſcit ſe habere liberos: ꝓ exheredatione habet̄. Aretinus.

¶ Sz ſi ī expeditiōe occupatus[g] miles teſtamētū faciat ⁊ liberos ſuos iam natos vl̄ poſthumos noīatim nō exheredauerit: ſed ſilentio p̄terierit:non ignorās[h]

e ¶ Poſtea nati ſūt.qui exheredari non poſſunt vt diximus.§.eo. §.poſthumi.
f ¶ Conſtitutione.C.de adop. l.cum in adoptiuis.⁊ recitatur.§.de adop.§.ſed hodie.
g ¶ Sed ḣ. Occupatus . quid ſi non eſt in expeditione? Reſpond. ius commune obtinet.vt.§.de teſtamen.mili.§.illis.
h ¶ Non ignorans. Si em̄ ignorat non valet teſtamentum.vt.C.de teſtamē.mili.l.ſicut certi iuris † niſi fuerit eius animi/vt ſi filiū haberet eſſet ex heres.vt ff.de teſta.mili.l.qui iure militari.
i ¶ Pro exheredatiōe.ideoq; querela inofficioſi teſtamenti agitur:ſed hoc cum miles eſt paterfamilias nam tunc nō pōt habere locū caſtrenſe peculiū.ſi em̄ eſſet filiusfamilias non haberet locū querela.vt.C.de inoffi.teſta.l.fina.§.finali. Additio. Iſta glo.hodie eſt falſa:vt no.§.de teſta.mili.in glo.ſup verbo. cōmuni.
k ¶ Mater. Idem intelligo in ſilentio liberorū ad maternam lineam vt.C.de inoffi.teſta.l.cum filiū. Accurſius. Additio Et hec vera quando fuit inſerta cā et tunc ad hoc matrem vel eius lineam habetur ꝓ exheredatione:⁊ habet locum q̄rela.vt hic. Quo aūt ad patrem et eius lineā ſi ſit facta preteritio a filio in poteſtate:competit ius dicendi nullū:ſi ab emancipato/ datur contra tabulas. Sed hodie non expreſſa cauſa teſtamentū eſt nullū vt.§.in auť.vt cū de app.cogno.
l ¶ De iure ciuili.quia non habet eos in poteſtate vt.j.de here.quali.et dif.§.ceteri.

† Et ſi verba eſſent generalia apta cōprehendere oēs naſciturum ſ; Bal.licz An.dubitet h. ſec⁹ tn̄ ī pagano

an hēat liberos: ſilētiū ei⁹ pro exheredatiōe[i] noīatim facta valere cōſtitutionib⁹ principum cautum ē.

¶ Preteritio materna vl̄ ꝑ maternā lineā aſcēdētium habet̄ ꝓ exheredatiōe. Ar.

¶ Mat[k] / vl̄ au⁹ matern⁹ neceſſe nō hn̄t liberos ſuos aut hēdes īſtituere:aut exheredare: ſ; pn̄t eos ſilētio omittē. Nā ſilētiū mr̄is/aut aui materni/⁊ ceteroꝝ per matrē aſcēdētiū tm̄ facit q̄; tū exheredatio pr̄is. Neq; ei mr̄i filiū fiſiāve/neq; auo matno nepotē neptē ve ex filia ſi eū eā ve heredē nō īſtituat exheredare neceſſe ē ſiue de iure[l] ciuili q̄ram⁹ ſiue de edicto[m] p̄toꝝ quo p̄toꝝ p̄teritꝭ liberꝭ cōtra tabulas bonoꝝ poſſeſſione promittit. Sz aliđ eis[n] adminiculū ſeruat̄:qđ paulo[o] poſt vobis manifeſtū fiet.

vt hic ꝑ eum.

Preteritio an habeat ꝓ exheredatione.

m ¶ Edicto.q̄ emancipati vocātur.vt.§.e.§.emācipatos:quia eoſ non poteſt emancipare.vnde contra tabulas locū non habet:vt hic ⁊.ff.de contra tabu.illud.§.ad teſtamenta.
n ¶ Eis.Scilicet deſcendentibus per lineam femininam:dat̄ tamen et alijs et his maxime.vt.C de inoffici. teſtamen.l.filiam.
o ¶ Paulopoſt vt.j.de inoff.teſt. per totum.

¶ De heredib⁹ inſtituendis.

¶ De heredib⁹ īſtituēdꝭ ꝑ.

¶ Liber hō vel ſeruus ꝓprius vl̄ alien⁹ poteſt heres inſtitui ſine mētiōe libertatis. Et etiā intelligit̄ ꝓprius in quo quis h; nudam proprietatem. Aretinus.

Continuatio.

¶ Continuatur hoc modo. Uidimus.§.de ordinatione teſtamentorum.in ti.de teſt. ordi. Uerū quia cauſa efficiēs fuit neceſſaria ideo poſtea poſuit de perſonis teſtātiū vt in ti.de teſta. mili.⁊ qui teſtari non poſſūt . in titulo. quibus lic; facere teſtamenta vel non . alias eſt.ti.qui.non eſt per.fa.teſta. Uerum quia in teſtamētis heredes inſtituūtur: videndum eſt ergo de hoc titu. Aretinus. Ul' ſic. Uiſum eſt ſupra de filijs tā natis q̄; naſcituris heredibus inſtituendis vel exheredandis. Nunc ſequit̄ videre generaliter de extraneis heredib⁹ inſtituēdis.
p ¶ Inſtituendis. Id eſt qui poſſunt inſtitui.vt.j.e. vſq; ad.§.ſi plures.⁊.§.fi. Item et qualiter debeant inſtitui.vt.j.eo.§.ſi plures.vſq; ad.§.finalem.

Heredes. Totus iſte titulus diuiditur in ſeptē partes. Primo ponit regulam generalē ꝙ nō ſolum liberi:ſed etiam ſerui:et non tantū proprij/ſed etiam alieni poſſunt heredes inſtitui. Secūdo declarat qualiter proprius ſeruus poteſt inſtitui: ⁊ quis dicatur proprius ſeruus. Tertio quis dicatur alienus et quomodo pōt inſtitui. Quarto ꝙ non tantum vn⁹: ſ; etiam plures poſſunt heredes inſtitui. Quinto ponit diuiſionem portionis hereditatis ⁊ de effectu ipſius. Sexto de inſtitutiōe ſub conditione. Septimo ꝙ etiā

diuiſio.

ignotus teſtatori pōt heres inſtitui. Secūda ibi. Proprios autē. Tertia ibi. Alienus ſeruus. Quarta ibi. Et vnum hominem. Quinta ibi. hereditas plerūq̃. Sexta ibi. heres ꝛ pure. Septima ibi. hi quos .¦ Uel diuidas vt diuidit hic glo. rub. Aretinus.

Heredes. Caſus. Po. igitur ſic ca. In prima parte. Dñe vos vultis trac. de here. inſti. dicatis igit̃ michi qui poſſūt heredes iſtitui. Ad hoc rñ. Amice heredes inſtitui poſſunt tā liberi homines q̃ȝ ſerui. ꝛ tam proprij ſerui q̃ȝ alieni. ſed olim ſ̓ȝ ſententias plurium non licebat ꝑpri os aliter inſtituere heredes q̃ȝ cū libertate expreſſe data. ſed hodie ſecus eſt nam auctoritate noſtre conſtitutionis lȝ dominus nulla mentiōe facta de libertate proprios ſeruos in teſtamento ſuo heredes inſtituerit: hoc tamen de nouo non induximus nā antiquitus attilicinus iuriſconſultus hoc induxerat paulus etiā in libris iuris quos tam ad maſſurū ſabinū q̃ȝ ad plaucinȝ ſcripſit refert hoc ideȝ attilicino antiquo iuriſcōſulto placuiſſe. vnde quod antiq̃tus attilicino et paulo placuit noſtra conſtitutio in legis neceſſitatē introduxit.

Heredes inſtituē[a] pmiſſū[b] ē tā liberos hoīes q̃ȝ ſeruos: ꝛ tā ꝑprios[c] q̃ȝ alieōs[d]. Proprios āt oli quidē ſ̓m pliū ſētentias nō alit̃ q̃ȝ cum libertate recte inſtituere licebat: hodie ṽo etiā ſine libertate ex noſtra ꝯſtitutiōe[e] hēdes eos[f] inſtituere pmiſſū ē. Qð nō p īnouationē[g] iduxim⁹ ſȝ q̄m equi⁹ erat ꝛ atilicino placuiſſe paul⁹ ſuis libris (quos tā ad maſſuriū ſabinū q̃ȝ ad plauciū ſcpſit) refert. Propri⁹ aūt ſeru⁹ etiam is intelligit̃ in quo nudam proprietatem[h] teſtator hȝ: alio vſumfructū habente.

Seruus accuſat⁹ de crimine adulterij commiſſi cū domina ſua nō poteſt ante ſētentiā manumitti: nec ab ea heres iſtitui. h. d. Areti.

Eſt aūt caſus ī quo nec cū libertate vtiliter ſeruus a dña heres iſtituit̃: vt conſtitutiōe[i] diuorum ſeueri ꝛ antonini cauet̃. cui⁹[k] ṽba hec ſunt[l]. Seruū adulterio maculatū[m] nō iure teſtamēto manumiſſū[n] ante ſententiam ab ea muliere videri que rea fuerat eiuſdē criminis poſtulata[o] ratiōis ē.

a Heredes inſtituere. q. d. dominos intus in bonis ſuis facere. nam heres. id eſt dominus. vt. ſ. de here. qua. et diffe. §. fi. Item ideo dixi intus quia ita ſubintrat heres in dominium rerum defuncti ac ſi eadeȝ perſona eſſet. vt in autē. de iureiur. a mori. §. i. colla. v. et. ff. qui. ex cau. ma. l. cum miles. Accurſius. Additio. Non tamen eſt idem dominium quod erat penes defunctum: ſed fingitur eſſe idem. Secus autem in poſſeſſione quam volens perdere et in alium transferre ſtatim perdet/ et noua renaſcitur ſtatum ꝙ eſt appreſenſa: ꝛ intelligitur ſemper fuiſſe continuata ſi interim a nemine fuit occupata. Ange.

Poſſeſſio an ſit eadē cū poſſeſſione defūcti.

b Permiſſum eſt. Scȝ a iure.

c Proprios. Scȝ ſeruos.

d Alienos. Sic. ff. eo. non minus.

e Conſtitutione. vt. C. de ne. ſer. here. inſtitutio. l. cum quidam.

f Eos. Scȝ proprios ſeruos.

g Non per innouationem. q. d. non induximus hoc de nouo: ſed apud antiquos hoc idē dixerat Atilicinus: vt ſubijcit. Sed contra. s̃. qui. ex cau. ma. non licet. §. idem iuris. ibi: noua humanitatis ꝛc. Sol. iſte Iuſtinianus non inuenit: ſed rationem reddit: cū nō eſt veriſimile ꝛc. vt ibi. vel aliter. Atilicino placuit et Paulo: ſed in legis neceſſitatem non deduxeruut. ſic ꝛ. s̃. de teſta. §. ſed neq̃ȝ heres. Iuſtinianus vero in legis neceſſitatem induxit: vt ex ipſa inſtitutione liber eſſe videatur. Item nanquid corrigitur quod alias dicitur ſcȝ ꝙ pure inſtitut⁹ ē ſub conditione liber: q̃a expectatur conditionis euentus, vt, ff, eo, l, ſeruus. §. ſ. et. l. quotiens. §. fi. et. l. qui filio. §. j. Reſpon. non. q̃a iſtud locum habet quod hic dicitur quando libertas nec ē data expſſe/ nec fuit retardata: at ibi expreſſe fuit retardata. Addi. Si aūt eēt expreſſe inhibita nō va valeret inſtitutio. vt dicto. §. idem iuris.

Vide ſ̓m doc. ꝙ prio fuit in neceſſitate poſtea abrogatum tertio p iuſtinianū iterū ad legem redactū

Proprius aūt ſeruus. Caſus. Adhuc ꝓſequitur pmā partē iuſti. deter. qui poſſūt heredes inſtitui. Unde po. ſic ca. Dñe vos dixiſt̃ michi ꝙ propri⁹ ſeruus poteſt heres inſtitui modo dicatis michi quis dicatur proprius ſeru⁹: Ad hoc reſpon. Amice proprius ſeruus quo ad hoc: vt poſſit inſtitui intelligitur etiaȝ in quo ille teſtator nudaȝ habet proprietatem: licet ali⁹ in eo vſūfru. habeat. nam nichilominus ꝓprius ſeru⁹ intelligitur.

h Nudam ꝓprietatē. vt iſte liber ꝛ heres neceſſari⁹ ſit. vt. s̃. e. Rn. ſed tñ vſuſfructuari⁹ ꝑinde vtet̃ ac ſi eēt ſeru⁹ adhuc vt. C. communia de ma. l. j. §. ſin autem ꝓprietarius.

Eſt autē. Caſus. Adhuc ꝓſequitur iuſti. primaȝ partē: et excipit hec ab illo gñali qð p̄miſit in prin. tit. Po. igit̃ ſic ca. Dñe vos dixiſtis mihi. s̃. ꝙ dñs pōt ſeruum ſuum in teſtamento heredem inſtituere. nunq̃d ē hoc generaliter verū ꝙ licet cuilibet dño ſeruū ſuū heredē inſtituere. Et rñdet ꝙ nō. Eſt eñ caſus ī quo nō licet dño ſeruū ſuū heredē inſtituere q̃ȝuis libertatem ē eidem ſeruo ſe dediſſe in teſtamento ſuo expreſſerit. et ita cauetur conſtitutione diuorum ſeueri ꝛ antho. cui⁹ ꝯſtitutiōis verba ſunt hec. Rōnis ē ſeruū maculatum. i. accuſatuȝ de adulterio cū dña ſua cōmiſſa non videri iure non manumiſſū ante ſententiā ab eadem dña ſua que fuerat rea poſtulata eiuſdem criminis. vnde ſequeretur ꝙ ex quo manumiſſio ī teſtamēto ſuo non valet nec cū inſtitutione valere poſſit. Manifeſtum eſt igitur vt inſtitutio heredis in eundem a domina collata nullius momenti habeatur.

i Eſt aūt Cōſtitutione. ſ. greca: quā nō habemus

k Cuius. ſcȝ conſtitutionis

l Uerba hec ſunt. Que ſequūtur.

m Maculatū. Id ē accuſatū. nā al̓s ē in lr̃a accuſatuȝ: vbi de ṽbo ad ṽbū ſūt iſta que hic dicunt̃. vt. ff. e. his ṽbis. §. interdū. ſilr̃s expoſitio ṽr̃ in lib. ſap̄. de Ioſeph. Maculauerūt me impij. Et alibi in diuina ſcriptura. Mendaces oſtendit qui maculauerunt eum. i. accuſauerūt eum.

n Manumiſſū. ſ. videri: vt poſtea ſubijcit ꝛ dic manumiſſū ſimpl̓r nō inſtitutū: ꝛ ex hoc infert qð ſequit̃/ ꝙ nec cū inſtitutiōe fieri p̄t lib. vt ſubijcit: q̃re ſeq̃t̃ ꝛc.

o Poſtulata. i. accuſata. ex eodē adulterio cū ſeruo ꝓprio cōmiſſo pro q̃ grauiter punit̃ vterq̃ȝ. vt. C. de muli. q̃ ſer. ꝓ ſe. iũgi. l. i. i p̄n. Quid ſi cum extraneo ꝯmiſit adulteriū: Reſpō. nec tūc manumit. vſq̃ȝ ad. lx. dies. vt. C. de adul. l. iij. ꝛ. ff. de adul. ſi poſtulauerit. §.

iubet. Itẽ quid ſi adulteriũ tale cõmiſit: nõ tñ accuſat adhuc? Rñ. dñ poteſt manumittere: ſed in crimine leſe maieſtatis ẽ ſpãle: vt poſt commiſſum crimen tale non poſſit manumittere vel teſtari. vt. C. ad. l. iuliã ma. l. fi. et. ff. de do. l. poſt ꝯctũ. et. l. donatiões. §. fi. Additio. (i) Puniũtur tñ ⁊ dña ⁊ ſeru⁹: qꜫ ꝯberati tradunt igni et idem non eſſet in dño q̇ cognouiſſʒ ſeruã. vt notat gl. in. l. j. ⁊ ꝓbat. in. l. fi. C. eo. de ma. ꝓpꝫ ea qꜫ maior hone ſtas reqrit in mu liere q̃ꝫ i maſculo vt. ȝ. dixi. Uñ tur pius eẽt hoc nr̃o tpe ꝙ famulus co gnoſceret dñaʒ q̃ꝫ ſi dñs cognoſceret famulã ꝓpter ho neſtatem que ma xime requiritur in ipſa muliere. Chriſtoforus.

Quare ſeq̄tur vt in eũdẽ a domio collata heredis iſti tutio nulli⁹ momẽti hẽat [a].

Seruus in quo quis hʒ vſufructum dicit alien⁹. Et ideo iſtitut⁹ cũ libertate ab vſufructuario: nõ ꝯſequit li bertatẽ ipſam. Aretin⁹.

Alienu s ſuus etiam is intelligit in q̊ vſumfructum teſtator [b] habet.

Seruus a dño inſtitut⁹ fit liber et heres neceſſari⁹ niſi i vita teſtatoris fuerit: manumiſſ⁹: aut ab eo aliẽa tus. Aretinus.

Seru⁹ aũt a dño ſuo he res iſtitut⁹: ſi q̇dẽ in eadem cã [c] mãſerit: fit ex teſtamen to liber [d] hereſqꜫ ei neceſſa rius. Si vero a viuo teſta tore manumiſſus fuerit ſuo arbitrio adire hẽditatẽ po teſt: quia nõ fit heres neceſ ſarius: cum vtrunqꜫ [e] ex do mini teſtamento non conſe quitur. Qʒ ſi alienatus fue rit iuſſu noui domini adire hereditatem debet: et ea ra tione per eũ dñs fit heres nã ipſe alienat⁹ neqꜫ liber [f] neqꜫ heres eẽ põt: etiã ſi cũ libertate heres iſtitut⁹ fu e rit deſtitiſſe ẽm a liberta tis datiõe videtur domin⁹ qui eum alienauit. [g]

Seruus alien⁹ heres in ſtitut⁹: querit dño ſuo here ditatem: ſi iuſſu ſuo heredi tatẽ adit. Si ꝯo fuerit alte

a Nulli⁹ mo menti habeat. qꜫ ſi valeret inſtõ va leret libtas. vt. ȝ. eo. j. rñ. ⁊. ȝ. q̇. ma. nõ poſſ. §. j. et ita no. ar. ꝙ vbi aliq̄d ꝓhibet fieri dire cto: ſimiliter et ꝑ obliquũ ꝓhibet. ſic. ff. de cõdi. inſti. q̄ ſub ꝯditione. §. ſi quis. Item ar. ꝙ caſſato p̄ncipali caſſat quicqd ſequit ex eo vel ob id. vt. C. de leg. ⁊ conſti. l. non dubium.

Prohibitũ fie ri dire cto ꝓhi bet ꝑ o bliquũ.

Alienus. Caſus. In quo ſic po. ca. Dñe vos di xiſtis michi. ȝ. quis intelligit ꝓprius ſeruus. dicatꝭ mi chi quis intelligitur ſeruus alienus? Ad hoc rñ. Ami ce alienus ſeruus non ſolũ dicitur ille in quo teſtõr ni chil iuris hʒ: ſed etiã ille in quo teſtõr habet vſu.

b Alien⁹. Teſtator. ⁊ iõ nõ põt eũ cũ libertate in ſtituere. vt. ff. eo. ſi alienũ. in p̄n. (i) Sed ꝯdicit ad hũc §. ff. de bo. au. iu. poſ. l. in vẽditione. Sed certe quo ad alia ẽ loco dñi: non quo ad hoc vt poſſit fieri liber. Sʒ cũ al's manumiſſus eſſet a fructuario ſimpl'r ſiue inſti tutione erit tanq̃ꝫ liber q̃ꝫdiu duraturus erat vſuſfru fructus. vt. C. cõia. d ma. l. j. §. ſi aũt fructuarius. Nun quid ⁊ hic erit tanq̃ꝫ liber: lʒ vere liber non ſit? Reſpõ. non: qꜫ ex morte teſtatoris ꝓximus erat futurus: q̄ſi li ber: ſi valeret hoc qđ ageretur. vt. j. de here. q̄li. ⁊ dif. in p̄n. Item ⁊ tũc erat vſuſfructus ꝑdendus. vt. ȝ. de vſu fru. §. finit. vnde etiam ſi eſſet quaſi liber donec dura ret vſuſfructus: qꜫ nichil duraret poſt mortẽ teſtantis: nichil valeret talis inſtitutio vt ſit liber: ſʒ dño ſuo here ditatem querit. vt. j. eo. §. alienus. Sʒ quid ſi erat vſuſ fructus repetitus in ꝑſona p̄mi heredis: ve etiã vlte rius: qđ põt. vt. ff. qui. mo. vſuſfru. amit. repeti. in p̄nci. Rñ. tunc erit quaſi liber toto illo tempore. vt in dicta. l. communia de ma. l. j. §. ſi autem fructuarius. Addit. (i) Et. ff. ad ſille. l. j. §. domini de quo vide glo. in. l. recte di cimus. ff. de verbo ſigni. Ange.

Seruus aũt a dño. Caſus. Adhuc ꝓſequit iuſt. p̄mam partẽ ti. deter. de effectu inſtõnis. vñ po. ſic ca. Dñe iã video ꝙ p̄prius ſuus a dño in teſtõ heres inſti tui põt. ꝓ deo dicatis mõ michi q̇s effectus illius inſtõ nis? Ad hoc rñ. Amice inſtõ ꝓprij ſerui a dño facta glo rioſum hʒ effectũ. Proprius enim ſeruus a dño ſuo hr̃s inſtitutus. ſi in eiuſdẽ dñi dñio vſqꜫ ad mortẽ eius ꝑſe uerauit mortuo teſtõre fit ex teſtõ liber ⁊ heres. ſʒ ne ceſſarius. ſed ſi teſtõr viuus manumitteret: tunc poſt mortẽ teſtõris adire hereditatẽ ſuo arbitrio poterit. nã in hoc caſu quãdo a viuo teſtatore manumiſſus fuerit nõ cogit heres ne ceſſarius eẽ: qꜫ nõ cõſeq̄t hereditatẽ ⁊ libertatẽ ex teſtõ dñi? Ad hoc em̃ ꝙ cogat heres neceſ ſari⁹ eẽ neceſſe ẽ eũ tã libertateʒ q̃ꝫ hereditatẽ dñi te ſtamẽto habuiſſʒ. ⁊ hoc obtinent q̄ñ dñs viu⁹ ſeruũ in ſtitutũ manumi ſit. Sʒ po. ꝙ dñs ſeruũ ꝓpriũ inſti tuit. ⁊ poſt inſtitu tionẽ alienauerit q̄libet alio mõ in aliũ tranſtulerit. certe in caſu iſto mortuo teſtõre iuſ ſu noui domini dʒ iſte ſeruus adire hereditatẽ ⁊ eã no uo dño acquirere et ea rõne ꝑ eius aditionẽ iuſſu no ui dñi factam nouus dñs heres efficitur. Nã ipſe ſer us poſt inſtõnẽ alienatus. nec liber. nec heres eſſe põt lʒ ẽt cũ libertate in teſtõ expreſſa heres fuerit inſtitu tus. Dominus enim poſt inſtõnem eũ alienando a li bertatis datione videtur deſtituiſſe.

c Seruus. In eadem cauſa. i. ſeruus eiuſdem dñi Johan. vt. ff. ſi ex noxa. cau. aga. l. j. §. j.

d Liber. niſi aliqua lex impediat libertatẽ: vt. ff. e. l. ſi nõ lex. vel ꝯditio. vt. ff. e. q̇tiens. §. fi. Uel qꜫ ex lege peruenit ad libertatẽ. vt. ff. eo. teſtõ. ſm Johan † fit li ber a ſemetipſo: niſi inuitus fuerit ita: cum quis mi chi heres erit: ſtichus liber ⁊ heres eſto: nam tunc a coherede accipit libertatem. vt. ff. de acquiren. heredi. l. ex parte. Item et ignorans fit heres et liber. vt. ff. ſi cer. pe. l. eius qui.

† Ex hac glo. et. l. i ea allega ta colli gite ſm Bal. ꝙ vox pu blica ꝑ ſert ꝑus te. vn di cit ꝙ ꝑ ſtatutu poſſʒ de rogari vltie vo lũtati ꝓpterea ꝙ vox ſtatuen tiũ voci teſtato rũ ẽ ꝑſe rẽda. vt d. l. teſtõ ff. eodẽ. Xpoforo.

e Utrũqꜫ. Id ẽ hereditatem ⁊ libertatem. nam vt liber ſit ⁊ heres neceſſarius hec duo conſequi debʒ ex teſtamento domini. vt. j. de here. quali. et diffe. §. j.

f Neqꜫ liber. Directa enim libertas in ſeruo alie no non poteſt habere locum: ſed inſtitutio poteſt habe re effectum. vt hic. ſed aliud in legatis que adimuntur hoc ipſo ꝙ alienantur ſerui. vt. ff. de adim̃. leg. l. ſeruo cum libertate. et ẽ ratio: quia in legato ſpectatur dies quo cedit: an ſit manumiſſus. vt. ff. q̄ñ di. le. ced. ſi poſt §. ſi cum. Additio. Hec ratio non eſt bona: quia ſiue inſpiciamus diem cedentis legati: ſiue diem adice he reditatis: vtroqꜫ caſu reperitur alienus: vnde quemad modum etiam hereditas venit acquirenda nouo do mino: ita ⁊ legatum. et propterea noua redditur ratio quia facilius legata reuocantur q̃ꝫ heredum inſtitutio l. ex parte. ff. de adimen. leg. cum enim facilius legata inſtituantur. facilius deſtruuntur. vt autẽ. ex cauſa. C. de libe. prete. Chriſtoforus.

g Alienauit. Scʒ alicui habenti factionem teſta

menti.vt.ff.e.l.ſeruum meū.in fi.i.reſpō.⁊ hoc niſi redimat ab eodē teſtatore qui eū inſtituit et poſtea eū alienauit:tunc enim reuiuiſcit libertas.vt.ff.de ma. teſta.l.verū.⁊.ff.eo.quotiēs.§.fi.⁊.l.ſi nō lex.⁊.l.añpe.
¶ Alienus quoqꝫ Caſus. ¶ Adhuc ꝓſequit̃ inſti.in §.pñti primā porte͂ huiꝰ ti.determinando de effectu inſtitutionis alienus ſeruus inſtituitur. Unde po. ſic caſum. Domine iam video q̄s ſit effectus inſtitutionis alieni ſerui? Ad hoc Amice alienꝰ ſeruus heres inſtitutus ſi durauerit in eadē cauſa dꝫ iuſſu dñi ſui adire hereditatē ⁊ eidem per aditionem hereditatem acquirere. Si vero alienatꝰ fuerit a dño ſuo viuēte adhuc teſtatore aut etiã poſt mortem teſtatoris tñ añq̄ꝫ hereditatē adierit in hoc caſu iuſſu noui dñi debꝫ adire hereditatē ⁊ hec ſūt vera qñ iſte ſeruus in ſeruitute remanſerit ſed ſi a primo domino vel a nouo viuente teſtatore vel mortuo ante diuiſionē hereditatꝫ manumiſſꝰ fuerit/tūc liber factꝰ ſuo arbitrio hereditatē adire ⁊ ſibi̇̃pſis acq̄rere poterit.

ri alienatꝰ dꝫ iuſſu noui dñi adire. Si vero anteq̄ꝫ adeat fuerit manumiſſꝰ:pōt ſuo arbitrio adire. Aretinꝰ.

¶ Alienꝰ ᵃ quoqꝫ ſeruꝰ heres inſtitutꝰ ſi in eadem cā durauerit iuſſu ᵇ dñi eiꝰ adire hereditatē dꝫ. Si vero alienatꝰ fuerit ab eo:aut viuo teſtatore aut poſt mortē ᶜ eiꝰ añq̄ꝫ adeat:dꝫ iuſſu noui dñi ᵈ adire. At ſi mãumiſſus ē viuo teſtatore:vel mortuo:anteq̄ꝫ adeat: ſuo arbitrio ᵉ adire pōt hereditatē

¶ Seruꝰ alienꝰ pōt iſtitui etiã poſt mortē dñi ſui. Et etiam ſuus hereditariꝰ vel eiꝰ qui ē in vtero. Aretinꝰ.

¶ Seruꝰ aūt alienus poſt dñi mortē ᶠ recte heres iſtituitur.q꜠ et cū hereditariis ſeruis ē teſtamenti factio ᵍ Nōdū ʰ eñi adita hereditas perſōe vicē ſuſtinet:nō heredis futuri ſed defūcti ⁱ.

¶ Cū etiã eiꝰ ᵏ qui in vtero eſt ſuus recte hēs iſtituit

¶ Seruꝰ pluriū ab extraneo inſtitutꝰ acq̄rit vnicuiq̄ꝫ ꝓ parte domica. Areti.

¶ Seruꝰ aūt pluriū cū quibus ˡ teſtamēti factō ē ab extraneo ᵐ inſtitutꝰ heres vnicuiq̄ꝫ dominoꝝ cuiꝰ iuſſu ⁿ adierit ꝓ portione dominij acquirit hereditatem.

¶ Quis pōt et vnū ⁊ plures heredes facere. Aretinus.

¶ Et vnū hominē ⁊ plures vſq̄ꝫ in īfinitū ᵒ quot q̄s heredes velit ᵖ facere licet

a ¶ Alienus. Qui ſic inſtitui poteſt: cum liber erit prius non.vt.ff.de condi.inſti.ſeruꝰ alienꝰ.⁊.l.quia.
b ¶ Iuſſu.precedente aditionem.vt.ff.de acqui.here.l.ſi quis michi bona.§.iuſſum.⁊ ita domino queritur.alias ſi ſeruus nolit adire(quod poteſt eſſe etiam domino iubēte)nō querit.vt.ff.e.l.cum proponas Additio. Si tamē coactus adeat valet aditio:ſed pater filia recuſante. Item monaſterium monacho recuſante adire vel ante aditionem mortuo poſſūt adire ſuo iure.vt per Ange.hic.
c ¶ Poſt mortem eius. Etiam poſt iuſſum eiꝰ:añq̄ꝫ tamen adiret.vt.ff.de acqui.here.antiſtus.§.j.
d ¶ Noui domini. Hoc eſt enim in hereditate:vt illi acquiratur qui tempore donationis eſt dñs:vel ſibi ſi liber eſt tunc:ſed in legato ſpectatur dies ceſſionis vt ſi tempore mortis legantis ſit meus licet alienã:tñ michi debet̃ legatū.vt.ff.qñ di.le.ced.l.ſi poſt.§.ij.
e ¶ Suo arbitrio.ſic.ſ.eo.§.ſi vero.
¶ Seruus Caſus. ¶ Adhuc proſequitur in.primã partem ti.deter.qui poſſunt heredes inſtitui . vñ po. ſic ca. Dñe,iam video ꝙ ſeruus alienus viuente dño poſſit heres inſtitui.nūq̄d poterit inſtitui poſt mortē dñi? Et rñ.ꝙ ſic . Seruus eñi alienus poſt mortē dñi heres poteſt inſtitui.et cū hereditariis ſeruis eſt teſtamēti factio. Nam hereditarii ſerui acquirūtur hereditati ⁊ per conſeq̄ns heredi futuro. Hereditas eñi nondū adita ſuſtinet vicē ꝑſone defūcte nō heredis futuri vnde ſicuti ſi defūctus viueret ex teſtamēto capere poſſet.⁊ ita eo mortuo capere poſſet hereditatē cum hereditas q̄ꝫtum ad hoc vicem perſone defūcte repreſentet. Item nō ſolū ſeruus alicuius iã nati inſtitui poteſt.ſed etiã ſeruus eius qui in vtero eſt recte heres inſtitui poterit.quia q̄ꝫtū ad hoc qui in vtero ē ꝓ iã nato habet̃.cū i hoc caſu de cōmodo eiꝰ tractat̃.
f ¶ Seruus. Poſt domini mortem.verba legis ſūt omnia: ⁊ ſm hoc planū eſt: vel teſtatoris:q꜠ ſic dicat inſtituo ſuū heredē poſt mortem dñi:et probatur hec lectio ſecūda.ff. e .qui filio.j.rñ. nec obſt. ꝙ videatur in diē fieri hec inſtitutio.vt.j.eo .§. heres.quia incertus eſt dies mortis.vt.ff.de cond. ⁊ demō.l.i. vñ valet.vt ff.eo.l.in tempus in princ.
g ¶ Teſtamēti factio. Silicet paſſiue/non actiue.vt.j.de here.q̄li.et diffe.§. teſtamenti.⁊ iuſſio heredum ſpectatur ſi modo cū defuncto fuit:licet cum herede inſtituto non ſit teſtamēti factio.vt.ff.e.ſeruus hereditarius.
h ¶ Nōdū.bñ dico ſeruū hereditariū poſſe inſtitui: q꜠ nō ē nulliꝰ:ſꝫ alicuiꝰ hereditatꝫ q̄ vicē defūcti obtīet.
i ¶ Defūcti.⁊ ē forte rō:q꜠ defūctꝰ ē certꝰ q̇ fuerit:ſꝫ nō ſic de herede:q꜠ ⁊ ſi certꝰ ſit inſtitutꝰ poterit eſſe ꝙ nō adeat hereditatē:q꜠ pōt deſiſtere multꝫ de cauſis. vt.j.quib.mo.teſta.infir.§.poſteriore.⁊ facit ad hunc .§.j.de ſtipu.ſer.in pñ.⁊.ff.de ac.re.do.l.i eo.i fi.⁊.l.ſe.
k ¶ Eiꝰ qui in vtero:ē.cū pro nato ſit hñdus quo ad cōmodū.vt.ff.de ſta.homi.l.q̇ in vtero ⁊.ff.e.l.eiꝰ .§.j.
¶ Seruus. Caſus ¶ Adhuc ꝓſequit̃ inſti . p̄mã ptē det.q̇ pñt heredes inſtitui. Po.igit̃ ſic ca. Dñe iã video q̄s ſit effectꝰ inſtōnis qñ ſeruꝰ vniꝰ alij inſtituit̃. ſed po.ꝙ aliq̄s inſtituat ſeruū pluriū dñoꝝ dicatꝫ michi q̄s ſit effectꝰ hmōi inſtōnis? Ad hoc rñ.ſeruū pluriū dñoꝝ cū q̇bus teſtamēti factio ē ab extraneo heres inſtitutꝰ vnicuiq̄ꝫ dñoꝝ:cuiꝰ iuſſu adijt hereditatem acq̄rit ꝓportionē dñij quã in ſeruo hꝫ ⁊ efficitur heres.ſed po. Dñe iã video ꝙ ꝑ inſtōnē ſui plurium dñoꝝ plures heredes inſtitui pñt:eſt ne hoc verū? Et rñ.ꝙ ſic.nã ⁊ vnū hoiēꝫ ⁊ plures vſq̄ꝫ in infinitū quot teſtator voluerit heredes facere poteſt.
l ¶ Seruus. Cum quibus.ſ.dominis.
m ¶ Ab extraneo.ſi vero ab altero ex dñis ſit inſtitutꝰ acquiritur ceteris ſocijs hereditas.q̇d dic.vt . ff. pro ſocio.l.verum.§.ſi ſeruo communi.
n ¶ Iuſſu.dic ꝙ ſufficit vna iuſſio lꝫ ſint plures dñi vt.ff.de acqui.he.l.ſeruꝰ duoꝝ.⁊.l.in acquirendis.
o ¶ Et vnu. In infinitū. Quid ergo ſi iſtituã oēs hoīes q̄cūq̄ꝫ ſūt in mūdo? Videt̃ nullū eſſe cū effectū hr̄e nō poſſit:puto tñ valere.vt hic.ſꝫ tñ nō poterit ꝯfirmari aditiōe ꝓpt̃ nimiã difficultatē vel impoſſibilitatem.
p ¶ Velit.cū ſua voluntas ſit lex.vt in aut.de nup.

Q̇d ſi facit ſi ex ſtatuto vel lege requiratur iuſſꝰ aucēs cōſenſꝰ vel volūtas an p̄cedere debeāt vel ſeq̇. Et vide no. in.l.fi.§. neceſſitatē.C. de bo.q̄ li. Aret. Mortis dies eſt incertꝰ.

Hereditas iacēs defūctū et nō heredem repñtat.

Oēs homines mundi pñt ſint heredes inſtitui. Voluntas teſtatoꝝ ē lex.

§. diſponat col.iiij.

¶ hereditas. Cal⁹. ¶ Et ita plane expedita ē prima ps pn̄.iſti⁹ ti. hic icipit ſcd̄a pars pn̄. in qua ſic po. ca. Dn̄e iā video qui poſſūt heredes inſtitui ⁊ quis ſit effect⁹ inſtōnis: ꝑ deo dicatis michi qualr̄ diuidit̄ hereditas? Ad hoc rn̄. Amice. hereditas plerūq₃ diuidit̄ i xij. vncias q̄ aſſis appellatiōe cōtinētur. habēt aūt he ptes hec noīa ab vncia vſq₃ ad aſſē. vtputa hec vncia ⁊c. prout in littera ꝯtinetur.

a ¶ hereditas. Plerū. id ē plerumq₃. q₂ qn̄q₃ in plures vt. j. eo. §. ſi plures. qn̄q₃ in pauciores diuiditur. vt. j. eo. §. nō autem.

b ¶ Que. ſ. vncie ſimĺ collecte.

c ¶ Appellatione. i. ſignificatiōe

d ¶ he ptes infra poſite in q̄ntitate differētes. Uel dic meli⁹ he ptes. ſ. vncie. xij. ad ptes redacte eſt ei ad ſupiora facienda relatio.

¶ Hereditas ꝓprie diuiditur in. xij. vncias ſiue ptes: quar̄ quelibet ſuo proprio nomine nūcupatur. Poteſt tamen diuidi in pauciores vel in pl̄es prout voluntas extiterit teſtatoris. Areti.

¶ Hereditas plerūq₃[a] diuidit̄ in duodeci vncias q̄[b] aſſis appellatiōe[c] ꝯtinentur. ¶ Habēt ei he ptes[d] propria nomia ab vncia vſq₃ ad aſſem vtputa he. ſeſcuns[e]: ſextās[f]: q̄drās[g]: triēs[h] q̄ncūs[i] ſemis[k] ſeptūs[l]: bes[m] dodrās[n] dextās[o] dūs[p] as[q] ¶ Nō aūt vtiq₃ ſp duodeci vncias eē optet: nam tot vncie aſſē efficiunt̄ q̄t teſtator voluerit. ¶ Et ſi vnū tantū quis ex ſemiſſe (vbi gratia)

k ¶ Semis. i. ſex vncie. ſ. dimidium aſſis.
l ¶ Septuns. i. vij. vncie.
m ¶ Bes. i. viij. vt olim des quaſi dempto triente.
n ¶ Dodrans. i. ix. q. dempto quadrante.
o ¶ Dextans. id eſt. x. q. dempto ſextante.
p ¶ Deuns. id eſt. xj. q. dempta vncia.

heredē ſcripſerit: totus[r] as in ſemiſſe erit. ¶ Neq₃ eñ idē ex pte teſtat⁹ ⁊ ex pte inteſtat⁹[s] decedere pōt: niſi ſit miles[t]: cui⁹ ſola volūtas in teſtādo ſpectat̄. ¶ Et econtrario pt q̄s in quātaſcūq₃[v] voluerit plurias vncias ſuam hereditatē diuidere.

¶ Qui pl̄es vult heredes inſtituere dī ſparit̄: neceſſitatē hȝ ꝑ ptes hereditatis diſtribuere ſi nō vult eq̄lit eē heredes. q̄buſdā tn̄ inſtitutis in ptib⁹ q̄ ſine ptibus inſtitut⁹ ē habebit reliquū hereditatis ſiue ſit vn⁹ ſiue plures. Si vo tot⁹ as fuerit ꝑ teſtatorē diſtribut⁹: q̄ ſine pte ē inſtitut⁹ hȝ ſemiſſem totius hereditat̄. Aretin⁹.

q ¶ As. i. xij.

¶ Nō aūt. Cal⁹. ¶ hic incipit tertia pars princ. in qua ſic po. caſum Dn̄e vos dixiſtis michi ꝙ hereditas diuidit̄ in. xij vncias: ⁊ propria noīa vnciar̄ michi expreſſiſtis. nunq̄d gn̄aliter oportet eſſe. xij. vncias in hereditate? Et rn̄. ꝙ nō. Semper eñ. xij. vncias in hereditate oportet eſſe. nā tot vncie aſſē ꝯſtituūt q̄t teſtat̄. voluerit. Si ei teſtator vnū tm̄ her̄ dē ex ſemiſſe iſtituerit: tot⁹ as i ſemiſſe continebit̄ ⁊ hoc ideo: q₂ idē ex parte teſtat⁹ ⁊ ex parte inteſtatus decedere non pōt: ⁊ hoc eſt verū niſi ſit miles q̄ in caſtrenſibus teſtari pōt: ⁊ in paganicis inteſtatus decedere. Sola eñ volūtas militis in teſtando ſpectat̄. Cū igit̄ aliquis in ſemiſſe vnū tantū inſtituerit: ⁊ aliū poſtea nō inſtituerit. ⁊ ꝓſumitur in totum aſſem inſtituere. ⁊ ſilr̄ in caſu cōuerſo. q₂ ſicut ego tibi dixi nō ſemper eſt neceſſe. xij. vncias contineri in aſſe: ita ⁊ quandocūq₃ voluerit in plurimas vncias poteſt quis hereditatem diuidere.

e ¶ Seſcuns. id eſt vncia ⁊ dimidia. vt. ff. de inoffic. teſta. papinianus. §. qm̄ aūt quarta. Sed q̄re nō poſuit nomē: qd̄ vnciā ſignaret? Rn̄. q₂ plura ſunt negocia q̄₃ vocabula. vt. ff. de pre. verb. l. natura. Et no. ꝙ pmū ⁊ ſcd̄m: ⁊ tertiū: ⁊ quartū: nomen interpretationē ſumit ex eo ꝙ quotā deſignat hereditatis portionem. Seſcuns eñ d̄r quaſi ſemiuncia ⁊ vncia. ⁊ ē tertia ei⁹ littera. ſ. nō. x. Sextans: quia ſextā partē ſignat. i. duas vncias. Quadrans quia quartā: ⁊ ita tres vncias ſignat. Triens q₂ tertiā partē. ⁊ ita quattuor vncias ſignat. Sequētia vero noīa ethimologiā habent ex eo ꝙ certū nūerū vnciar̄ ſignāt. Dicit̄ eñ quicuns nō q₂ quintā partē habet: ſed q₂ q̄nq₃ denotat vncias Semis q₂ ſex: ⁊ ſic de ſingulis ꝑ ordinē. Itē no. ꝙ non oēs vncie q̄ ſignant̄ ꝑ iſta noīa cōtinent̄ in aſſe: lȝ hoc innui videat̄: ſic eñ contineret as. lxxviij. vncias et dimidiā. Ideo autem ponit has partes: q₂ quelibet poteſt in aſſe contineri. hac rōne et homo dicitur riſibilis: ⁊ actio legis aquilie penalis dicit̄. vt. j. ad. l. aq̄. §. his verbis. Item no. iſta tria noīa: as / pond⁹ / libra / idē ſignare. Itē qn̄q₃ as ponit̄ ꝓ obolo. vn̄ illud. Nonne duo paſſeres aſſe veneūt. vn̄ verſus. As obolus: pondus: as eſt poſſeſſio tota. i. hereditas: vt hic. ſed ⁊ pondus large dicit̄ oē qd̄ eſt in ſtatera poſitū. ſed hic ſtricte accipit̄ ꝓ pondere. xij. vnciarū. vnde dipondiū q̄ſi duplex pondiū. ſ. xxiiij. vnciarū. vt. j. e. §. ſi plures ⁊ facit ad hūc. §. ff. eo. ſeruū meum. §. fi. Addictio. (1) Sed hoc non eſt verū: quia non a quota cū ſit octaua pars aſſis dicitur ſed a numero vnciar̄ ſcd̄m Johan. fab.

Aſſis ptes declarat̄.

As tria ſign. ſignificat.

Uerſus

f ¶ Sextans. i. due vncie. q. ſexta pars aſſis.
g ¶ Quadrans. iij. vncie. q. quarta pars aſſis.
h ¶ Triens. id eſt. iiij. vncie. q. tertia pars aſſis.
i ¶ Quincuns. i. v. vncie.

r ¶ Totus as. nā in totū preſumitur inſtituiſſe defunctus / cū aliū nō inſtituit. vt hic. ⁊. ff. eo. l. interdū. §. j. Idē quoq₃ preſumit̄ in milite. vt. C. d teſt. mi. l. iij. §. hoc ergo. niſi qd̄ hic ſequitur nō ad ſuperi⁹. pxi. rn̄d. ſed ad hoc quod ſequit̄ refert̄. ſ. neq₃ eñ ⁊c. Sed ſi miles fecit teſtamentū in caſtrenſibus / poteſt decedere inteſtatus in paganicis. vt. C. de teſta. mili. l. ij.

s ¶ Inteſtat⁹ decedere. imo videt̄ ꝙ ſic. vt. ff. de inoffi. teſta. l. nā ⁊ ſi parentib⁹. §. pe. ⁊ fi. que eſt contra. Sed hoc eſt verū ab initio: ſed ex poſt facto pōt. vt. C. de inoffi. teſta. l. cū duobus. Et nota. hic idē iuris non eſſe in parte quo ad partem qd̄ eſt in toto quo ad totum. vt. ff. familie herciſcūde. l. in hoc iudicio. Ar. contra. ff. de pac. l. iuriſgentium. §. adeo ⁊. §. ſeq. ⁊ facit ad hūc. §. ff. de regu. iu. l. in teſta. Accur. Addictio. Et melius. l. ius noſtrum. eo. ti. Et procedit iſte textus indiſtincte ſiue ſimplicit̄ ſit facta inſtitutio in re certa vel parte de reliquo non facta mentione: ſiue dixerit teſtator in reſiduo ſe ſe velle inteſtatum decedere Johan. fab. et Angelus.

Et iſta eſt cōis opi. licet An. putet de iure veri⁹ ſic diſtiguere: vt ꝓcedat q̄n verba poſ ſūt aptari ad iuſ cōe: aliȝ ꝓſumit̄ teſtat⁹ d iure ſpā li. l. ſi miles vnū ex fūdo. ff. de te. mili.

t ¶ Niſi ſit miles. nā miles bene pōt ꝓ pte teſtat⁹ decedere: ⁊ ꝓ parte inteſtat⁹. vt. C. de teſta. mili. l. ij.

v ¶ Quātaſcūq₃. id ē quotcūq₃. ⁊ facit. ff. eo. l. inter-

dum.§.paterfamilias.⁊.l.ſequen.vſqꝫ.ad.l. ex facto.
¶ Si plures. Caſus. ¶ Adhuc in preſenti.§.ꝑequitur inſti.tertiā parte huius ti.deter.qualiter diuidit hereditas ex volūtate teſtatoris. Po.igitur ſic ca. Dñe po.ꝙ aliquis plures inſtituit heredes.nunq̇d neceſſe eſt ꝙ teſtator exprimat partes in quibus eos inſtituit.et rñ.ꝙ non: niſi voluerit eos ex diſparib⁹ partib⁹ heredes eē.

